

animal, et in partes conscindebat. Secundò, accipiebat pectusculum animalis occisi, et adipem ejus, eoque ponebat super manus laici offerentis. Tertio, manibus hisce suas manus supponebat sacerdos, fisque eas elevabat, mox deprimebat; ac rursùm transversim ducebat à dextrâ in sinistram in modum crucis, versibus quatuor mundi plagas, ut significaret Deum totius mundi esse dominum. Hic enim est ritus *templa*, de quo dixi Exodi 29, 26. Quartò, adipem cum renibus in altari Deo cremabat; mox armum dextrum et pectusculum sibi accipiebat sacerdos offerens. Denique reliquam carnem reddebat laicis eam offerentibus, qui eam comedeabant in atrio tabernaculi. Erat enim hæc comestio complementum et consummatio sacrificii pacifici, perinde ac sumptio Eucharistiae est consummatio sacrificii eucharistici. Simili modo qualibet alia victima, utpote Deo sanctificata, comedenda erat in atrio templi, ut patet cap. 6, 16, et cap. 7, 6. Idem significat hæc lex et phrasîs crebrò repetita: *Epulaberis coram Domino*, id est, in atrio templi, ut patet Deuter. 12, v. 12 et 18; et cap. 14, 26; et cap. 16, v. 11 et 14; epulum enim hoc sacrum maxime fiebat ex hostiis pacificis. Audi clarum hæc de re textum Deuter. 27, 7: *Immolatis hostias pacificas, comedesque ibi, et epulaberis coram Domino Deo tuo.*

VERS. 34. — PECTUSCULUM ENIM ELEVATIONIS (quod scilicet per elevationem *templa* jam dictam, in altum est Deo oblatum), ET ARMUM SEPARATIONIS (Deo scilicet separatim, ut sacerdotibus visus Dei detur) DEDIT AARON SACERDOTI ET FILIIS EJUS. CUR EX HOSTIÀ PACIFICÀ PECTUSCULUM ET ARMUS DEXTER CESSERINT SACERDOTI, SYMBOLICA CAUSA FIT, QUOD PECTUSCULUM SIGNIFICAT FIDEM, SANAM DOCTRINAM ET ORDINATAM SAPIENTIAM; ARMUS SIVE BRACHIUM DEXTRAM SIGNIFICAT CONSTANTEM SECUNDUM FIDEM ET VIRTUTEM OPERATIONEM; QUIBUS UTRISQUE FULGERE, ET POPULUM ERUDIRE DEBET SACERDOS. Ita Iyehinus, Radolph. et aptissimè Origenes hom. 5, in fine, ubi sic ait: *Quod ergo sacerdotis pectus, aut quale? plenum sit sapientiâ, plenum scientiâ, plenum omni divitiâ intelligentiâ, imò plenum Deo. Quale brachium? multa sollicitudo, labor, vigiliæ, quibus convertat peccatorem, qui proinde offerat hostiam salutaris. Deo gratias agat: in quâ hostiâ pars sacerdotis efficitur pectuscu-*

## CAPUT VIII.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, et unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis,
3. Et congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.
4. Fecit Moyses ut Dominus imperaverat. Congregatæque omni turbæ ante fores tabernaculi,
5. Ait : Iste est sermo quem jussit Dominus fieri.
6. Statimque obtulit Aaron et filios ejus. Cùmque lavisset eos,
7. Vestivit pontificem subneciâ lineâ, accingens eum balteo, et inducens eum tunicâ hyacinthinâ, et desuper humerale imposuit.

lum, ut sit indicium quoddam pectus et cor, quod ante mala cogitabat sacerdotis labore conversum, recepit bonas cogitationes, et ita mundatum est, ut Deum possit videre; similiter et brachium indicium est, quod mala ejus opera et sinistra convertit in dextram, ut essent secundum Deum. Et S. Greg. 2. p. Pastoral. c. 5 : *Divinû, ait, lege armum sacerdos dextrum in sacrificium accipit et separat, ut non solum sit ejus operatio utilis, sed et singularis; nec inter malos tantum quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat : cui in eoque pectusculum cum armis tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de seipso discat immolare, et non solum pectore quæ recta sunt cogitet, sed et spectatores suos ad sublimia arma operationis invitet : nulla prospera presentis vite appetat, nulla adversa perimetat. Quin et gentiliis Persius sat. 2. pontifices vultare superis:*

*Compositum jus, fasque animi sanctosque recessus Mentis, et incoctum generoso pectus honesto.*

VERS. 35. — HÆC EST UNCTIO AARON ET FILIORUM EJUS IN CÆREMONIIS DOMINI. Hebraicè est, de (id est, in, et in, id est, cum) unctionibus Domini, id est, oblationibus ignitis, sive igne crematis Domino, juxta ritum et cæremoniam præscriptam c. 6, 20; et fusis Exodi 29. Est hic epilogus omnium præcedentium.

VERS. 36. — RELIGIONE PERPETUA. Hebraicè sanctione, sive lege perpetua.

VERS. 37. — ISTA EST LEX HOLOCAUSTI. Sex hic sacrificiorum genera jam descripta enumerantur, videlicet primò, holocaustum; secundò, mancha sive sacrificium farreum; tertio, sacrificium pro peccato; quartò, sacrificium pro delicto; quinto, sacrificium pro consecratione sacerdotum; sexto, sacrificium pacificum. Verum, ut dixi c. 2, propriè tantum erant quatuor species sacrificii, nam sacrificium pro delicto refertur ad sacrificium pro peccato; sacrificium verò pro consecratione sacerdotum ad omnia refertur; nam in eâ omnis generis sacrificia offerebantur.

VERS. 38. — QUAM CONSTITUIT DOMINUS MOYSEI IN MONTE SINAI, id est, in deserto montoso, et juxta montem qui propriè Sinai dicitur. Nam non in hoc monte, sed in tabernaculo Deum dedisse has leges Mosi, dixi c. 1, v. 1.

## CHAPITRE VIII.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Prenez Aaron avec ses fils, leurs vêtements que vous leur avez fait faire, l'huile d'unction, le veau qui doit être offert pour le péché, deux béliers, et une corbeille de pains sans levain.
3. Et assemblez tout le peuple à l'entrée du tabernacle.
4. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé; et ayant assemblé tout le peuple devant la porte du tabernacle,
5. Il leur dit : Voici ce que le Seigneur a ordonné que l'on fasse.
6. En même temps il présenta Aaron et ses fils; et les ayant lavés avec de l'eau,
7. Il revêtit le grand-prêtre de la tunique de fin lin, et le ceignit avec la ceinture; il le revêtit par-dessus de la robe d'hyacinthe, mit l'éphod sur la robe;

8. Quod adstringens cingulo aptavit rationali, in quo erat DOCTRINA ET VERITAS.

9. Cidari quoque textit caput : et super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

10. Tulit et unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni suppellectili sua.

11. Cùmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, et omnia vasa ejus, labrumque cum basi suâ sanctificavit oleo.

12. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, et consecravit.

13. Filios quoque ejus oblatos vestivit tunicis lineis, et cinctis balteis, imposuitque mitras, ut jusserrat Dominus.

14. Obtulit et vitulum pro peccato; cùmque super caput ejus posuisset Aaron, et filii ejus, manus suas,

15. Immolavit eum, hauriens sanguinem : et tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum; pro expiato et sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta ejus.

16. Adipem verò qui erat super vitalia, et ridiculum jecoris, duosque renuculos cum arvinulis suis, adolevit super altare :

17. Vitulum cum pelle et carnibus, et fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18. Obtulit et arietem in holocaustum : super cuius caput eum imposuissent Aaron et filii ejus manus suas,

19. Immolavit eum, et fudit sanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipsumque arietem in frusta concidens, caput ejus, et artus, et adipem adolevit igni,

21. Lotis prius intestinis et pedibus; totumque simul arietem incendit super altare, eò quòd esset holocaustum; suavissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

22. Obtulit et arietem secundum, in consecratione sacerdotum : posueruntque super caput ejus Aaron et filii ejus manus suas;

23. Quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, et pollicem manûs ejus dextræ, similiter et pedis.

24. Obtulit et filios Aaron; cùmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singularum dextræ, et pollicem manûs ac pedis dextræ, reliquum fudit super altare per circuitum :

25. Adipem verò, et caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque jecoris, et duos renes cum adipibus suis et armis dextro separavit.

26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, et collyridam perspersam oleo, lagenamque, posuit super adipem, et armum dextrum,

27. Tradens simul omnia Aaron et filiis ejus; qui postquam levaverunt ea coram Domino,

8. Et les serrant avec la ceinture, c'est-à-dire, avec les rubans de couleur d'hyacinthe, il y attachâ le rational, sur lequel étaient écrits ces mots : DOCTRINE ET VÉRITÉ.

9. Il lui mit aussi la tiare sur la tête, et sur la tiare, en l'entourant qui couvrait le front, il mit la lame d'or, consacrée par le saint nom qu'elle portait, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

10. Il prit aussi l'huile d'unction dont il mit sur le tabernacle et sur toutes les choses qui servaient à son usage.

11. Et ayant fait sept fois les aspersions sur l'autel pour le sanctifier, il y versa l'huile, aussi bien que sur tous ces vases; et il sanctifia de même avec l'huile le grand bassin, avec la base qui le soutenait.

12. Il répandit aussi l'huile sur la tête d'Aaron, dont il teignit et le consacra ;

13. Et ayant de même présenté les fils d'Aaron, il les revêtit de tuniques de lin, les ceignit de leurs ceintures, et leur mit des mitres sur la tête, comme le Seigneur l'avait commandé.

14. Il offrit aussi un veau pour le péché, et Aaron et ses fils ayant mis leurs mains sur la tête de cette victime, comme pour la consacrer au Seigneur, et la charger de leurs péchés,

15. Moïse l'égorgea, et en prit le sang; et y trempa son doigt, et en mit sur les cornes de l'autel tout à l'entour; ayant ainsi purifié et sanctifié, il répandit le reste du sang au pied de l'autel.

16. Il fit brûler sur l'autel la graisse qui couvre les entrailles, la tate du foie, et les deux reins, avec la graisse qui y est attachée;

17. Et il brûla le veau hors du camp avec la peau, la chair et la fiente, comme le Seigneur l'avait ordonné.

18. Il offrit aussi un bœlier en holocauste; et Aaron avec ses fils, lui ayant mis leurs mains sur la tête,

19. Il l'égorgea, et en répandit le sang autour de l'autel.

20. Il coupa aussi le bœlier en morceaux, et il en fit brûler dans le feu la tête, les membres et la graisse,

21. Après en avoir lavé les intestins et les pieds, il brûla sur l'autel le bœlier tout entier, parce que c'était un holocauste d'une odeur très-agréable au Seigneur, comme il le lui avait ordonné.

22. Il offrit encore un bœlier pour la consécration des prêtres; et Aaron avec ses fils ayant mis leurs mains sur sa tête,

23. Moïse l'égorgea, et prenant de son sang, il en toucha l'extrémité de l'oreille droite d'Aaron, et le pouce de la main droite et de son pied droit pour le consacrer.

24. Ayant aussi présenté les fils d'Aaron, il prit du sang du bœlier qui avait été immolé, en toucha l'extrémité de l'oreille droite de chacun d'eux, et les pouces de leur main droite et de leur pied droit; et après les avoir ainsi consacrés, il répandit sur l'autel tout autour le reste du sang.

25. Il mit à part la graisse, la queue, et toutes les graisses qui couvrent les intestins, la tate du foie, et les deux reins avec la graisse qui y est attachée, et l'épau droite;

26. Et prenant de la corbeille des pains sans levain qui étaient devant le Seigneur, un pain sans levain, un tourteau arrosé d'huile et un gâteau, il les mit sur les graisses de l'hostie, et sur l'épau droite,

27. Il mit toutes ces choses entre les mains d'Aaron et de ses fils, qui les élevèrent devant le Seigneur.

28. Rursus suscepta de manibus eorum, adolevit super altare holocausti, eò quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suavitatis, sacrificii Domino.

29. Tulique pectusculum, elevans illud coram Domino, de arie consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.

30. Assumensque unguentum, et sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron et vestimenta ejus, et super filios illius ad vestes eorum.

31. Cùmque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, et ibi comedite eas: panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron et filii ejus comedent eos;

32. Quidquid autem reliquum fuerit de carne et panibus ignis absumet.

33. De ostio quoque tabernaculi non exhibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestrae; septem enim diebus finitur consecratio;

34. Sicut et impresentiarum factum est, ut ritus sacrificii completeretur.

35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo observantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est.

36. Feceruntque Aaron et filii ejus cuncta quae locutus est Dominus per manum Moysi.

## COMMENTARIUM.

Hoc caput idem est cum cap. 29 Exodi. Ritus enim consecrationis Aaronis et sacerdotum qui ibi prescribitur, hic factus et completus narratur. Repetit ergo Moses hæc in Levitico, ut omnes sacrificiorum ceremonias, et maxime in sacerdotum consecratione adhiberi solitas, simul hoc libro complectatur. Itaque paucis notis caput hoc expedit; reliqua vide c. 29 Exodi.

VERS. 1. — LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN. Verisimile est hæc omnia quæ hoc cap. narratur, per anacephaloesia sive recapitulationem hic recenseri; nam tabernaculum jam ante erat erectum, ut patet Exod. ult. v. 16; simul autem cum erectione tabernaculi facta est hæc Aaronis et sacerdotum consecratio, ut patet ibidem v. 12.

VERS. 5. — ISTE EST SERMO, QUEM JUSSIT DOMINUS FIERI. Narrat Josephus Israelitas voluisse Moesen creare pontificem, sed eum se excusasse præcepto hoc Domini, jubentis Aaronem consecrari pontificem, eò quòd ipse occuparet colloquio Domini et regimine populi.

VERS. 6. — STATIQUE OBTULIT AARON ET FILIOS EJUS. Pro obtulit hebr. est *iacerò*, id est, *accedere fecit*, Septuag. *adduxit*, Chald. *applicavit*; sic et vertit noster Exod. 29, 4, dicens: *Applicabis Aaron et filios ejus ad ostium tabernaculi*, sistendo videlicet eos Domino, offerendoque eos ad Dei ministerium: sic enim solemniter Dominus oblati sunt Levite in sua consecratione, Num. 8, v. 41 et 21.

28. Moïse les ayant prises de nouveau, et reçues de leurs mains, les brûla sur l'autel des holocaustes, parce que c'était une oblation pour la consécration des prêtres et un sacrifice d'une odeur très-agréable au Seigneur.

29. Il prit aussi la poitrine du bœuf immolé pour la consécration des prêtres, et il l'éleva devant le Seigneur, comme la part qui lui était destinée, selon l'ordre qu'il en avait reçu du Seigneur.

30. Ayant pris ensuite l'huile d'onction, et le sang qui était sur l'autel, il fit l'aspersion sur Aaron et sur ses vêtements, sur les fils d'Aaron et sur leurs vêtements.

31. Et après les avoir sanctifiés dans leurs vêtements, il leur ordonna ceci, et leur dit: Faites cuire la chair des victimes devant la porte du tabernacle, et mangez-la en ce même lieu. Mangez-y aussi les pains de consécration qui ont été mis dans la corbeille, selon que le Seigneur me l'a ordonné, en disant: Aaron et ses fils mangeront de ces pains;

32. Et tout ce qui restera de cette chair et de ces pains sera consumé par le feu.

33. Vous ne partirez point de l'entrée du tabernacle pendant sept jours, jusqu'à jour que le temps de votre consécration sera accompli; car la consécration s'achève en sept jours, pendant lesquels on fera

34. Comme vous venez de voir qu'on a fait présentement, afin que les cérémonies de ce sacrifice fussent accomplies.

35. Vous demeurerez jour et nuit dans le tabernacle, en veillant devant le Seigneur, de peur que vous ne mouriez: car il m'a été ainsi commandé, et la peine de mort a été ordonnée par le Seigneur contre ceux qui n'obéiront pas à ce commandement.

36. Aaron et ses fils firent donc tout ce que le Seigneur leur avait ordonné par Moïse.

VERS. 7. — VESTIVIT PONTIFICEM. Octo vestibus hoc ordine vestiebatur pontifex. Induebat primò, femoralia linea; secundò, super eis tunicam lineam; tertio, hæc tunicam cingebat cingulo; quartò, huic tunica lineæ injiciebat tunicam hyacinthinam; quintò, huic superinducebat ephod cum rationali; sextò, ephod cingebat cingulo polymito; septimò, caput operiebat tiarâ; octavò, tiaræ appendebat laminam auream, cui inscriptum erat *Sanctitas*, vel *Sanctum Domino*. Minores verò sacerdotes quatuor tantum induebat vestes, scilicet primò, femoralia; secundò, tunicam lineam; tertio, zonam; quartò, tiaram; carebat ergo ipsi tunica hyacinthinâ; ephod cum rationali, ejusque cingulo, ac lamina aurea inscripta nomine tetragrammato. Vide dicta Exodi 28.

Nota Aaron quasi pontifex et vicarius Dei vestibus pontificalibus indutus representabat tabernaculum, id est, Ecclesiam, et consequenter Deum tabernaculi presidem, et in eo quasi in domo sua residentem. Nam primò, pectorale, sive rationale judici representabat arcam: sicut enim arca tabulas lapideas continebat, ita rationale continebat 12 gemmas. Secundò, sicut arca in tabulis continebat legem scriptam, ita rationale continebat scripturam urim et tumim: nam in eo scripta erant *doctrina et veritas*. Tertio, ephod rationalis representabat propitiatorium arce. Quartò, arca habebat duos cherubim: sic tunica pontificis duos habebat onychinos. Quintò lamina pontificis cui inscriptum erat *Sanctitas Domini*, representabat glo-

riam Domini quæ habitavit in tabernaculo. Sextò, tunica pontificis significabat velum et cortinas, quæ totum interiùs tabernaculum clauderant. Septimò, sicut tabernaculum representabat coelum omniaque elementa, sic in veste poteris totus eras orbis terrarum, inquit Sapiens.

Nota secundò, Pontifex ab aliis sacerdotibus differat quinque prerogativis. Primò, pontifex erat primogenitus, vel senior Aaronis, ejusque successorum filius: alii ætate erant inferiores. Secundò, ille per totam vitam unus erat: alii plures erant. Tertio, in sanctuarium, puta in Sanctum sanctorum, solus semel in anno, puta in die expiationis, ingrediebatur: aliis illud nunquam licebat. Quartò, alias vestes et ornamentum majorem habebat pontifex quam alii. Quintò, moriente pontifice, homicidæ fugitivi redibant ad suos: quod non fiebat in morte aliorum sacerdotum.

SCURCULA LINEA, QUÆ EXODI 28 VOCATUR TUNICA LINEA ET STRICTA.

VERS. 9. — LAMINAM AUREAM CONSECRATAM IN SANCTIFICATIONE, Q. D.: Laminam auream olei unctione consecratam ad usus sanctos. Hebraicè est *nezer haccodes*, id est, *coronam vel diadema sanctitatis*, id est, sanctum.

VERS. 11. — CUMQUE SANCTIFICANS, SCILICET TABERNACULUM ET SUPPELLECTILEM EJUS, UNGUENDO ILLA OLEO SANCTO. Sanctificatio ergo hæc non erat aliud quam unctio tabernaculi et vasorum ejus, quæ consecrabatur Deo.

VERS. 14. — OBTULIT ET VITULUM PRO PECCATO. Exodi 29, vers. 55 et 56, jubetur quotidie per 7 dies offerri vitulus: ergo id ita factum est; licet hic non exprimat, satis tamen innuitur v. 54.

VERS. 15. — QUO (ALTARI) EXPIATO ET SANCTIFICATO FUDIT RELIQUUM SANGUINEM AD FUNDAMENTA EIUS. Hebraicè est, *ita expiavit altare, et sanguinem fudit ad fundamentum altaris, et expiavit illud ad sanctificandum in eo*, hoc est, ut Septuag. *ad propitiandum super eo*, ut videlicet deinceps altare hoc eo ritu consecratum serviret hostiis, quibus propitiatur et placatur Deus. Ergo hæc ceremonia consecratum est altare.

VERS. 30. — ASSUMENSQUE UNGUENTUM ET SANGUINEM QUI ERAT IN ALTARI, ASPERSIT SUPER AARON. Nota. Unguentum hoc erat compositum ex myrrâ, cinnamomo, calamo, casia et oleo olivarum, ut patet Exod. 30, vers. 25 et 30. Unctio ergo, vel potius effusio unguentum in capite, erat consecratio pontificis, ut patet hic v. 12, et Exod. 29, 7. Unctio verò communis pontifici et minoribus sacerdotibus, erat aspersio unguentum sanguine mixti super eos et vestes eorum: ad hæc unctio auris dextere et pollicum, ut patet Exod. 29, 20. In pontificis ergo consecratione triplex erat instructio: scilicet effusio, unctio et aspersio, tam olei quam sanguinis: in minorum verò sacerdotum consecratione tantum erat duplex, scilicet unctio et aspersio. Effusio enim denotans plenitudinem gratiæ, spiritus et potestatis, propria erat pontifici. Voluit Deus hic docere in ecclesiastica hierarchiâ debere

esse ordinem, sive subordinationem cum mutuo respectu et concordia. Aptè S. Hieron. ad Nepotianum: *Esto, ait, subjectus pontifici tuo et quasi parentem animæ ama. Sed episcopi sacerdotes sciunt se esse, non dominos: honorent clericos quasi clericos, ut ipsi episcopi quasi episcopis à clericis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitii: Cur ergo, inquit, te habeant ut principem, cum tu me non habeas ut scutorem? Secundò, hæc unctio monebat pontificem, quàm misericordiâ (cujus symbolum est oleum), charitatis, alisque virtutibus pollere, et cæteris antecellere debeat. *Lux gregis*, inquit S. Gregor., *est flamma pastoris. Decet enim dominicum pastorem, et sacerdotem moribus et vitâ clarescere, commissa in eo tanquam in vitæ sua speculo, plebs sibi commissa et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat. Idem in Pastoral.: Ab imperitis, inquit, pastorale magistratum quàm temeritate suscipitur? cum sit ars artium regimen animarum. Hoc est magistratum disciplinæ, ut culpis discretè noverit parcere, et piè rescere. Et rursùm: Tantum, ait, debet populi actionem actio transcendere presulis, quantum distare solet à grege vitæ pastoris. Nam, ut ait Claud. 1 Silicem,**

*Scilicet in vulgus manant exempla regentium, Utque ducum fluvios, sic mores castra sequuntur.*  
Idem Honorium Imp. ita monet Consul. 1:  
*Hoc te præterea crebro sermone monebo, Ut te totius medio telluris in orbe Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse Facta polam, nec posse dari regalibus usquam Secretum vitis.*

Mysticè de unctioe et oleo triplici, primo compunctionis, secundò devotionis, tertio pietatis, vide S. Bernardum serm. 10 in Cantico. Unguentum, ait, contritionis bonum est, quò unguuntur pedes Domini; unguentum devotionis melius quò unguuntur caput; unguentum pietatis optimum, quò totum unguuntur corpus Domini. Unguentum contritionis est in peccatorum recordatione; devotionis, in beneficiorum Dei consideratione; pietatis, in proximorum sollevatione. Idem serm. 22 in Cantico. Quatuor, ait, unguenta Christi pontificis sunt, sapientia, justitia, sanctificatio, redemptio: sapientia in predicatione; justitia, in absolute peccatorum; sanctificatio, in conversatione; redemptio, in passione. Ibidem, quatuor unguenta Christi ait esse quatuor virtutes cardinales: hisce enim imbui et roborari contra adversa et prospera debet pontifex et quavis fidelis qui Deo militat, ejusque obsequio se addicit. Idem toto serm. 2 in Cant. tract. de unctioe et oleo misericordiæ, et inter alia ait: *O qua cumque es anima sic affecta, sic imbuta rore misericordiæ, sic affluens pietatis visceribus, sic te omnibus omnia faciens, sic facta tibi ipsi tanquam vas perditum, ut cæteris præsto ubique semper occurras atque succurras: sic denique mortua tibi, ut vivas omnibus: tu planè tertium optimumque unguentum felix possides, et manus tuæ distillarunt totius ævæ vitæ liquorem. Memor erit Deus omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pinguescet. Adfert deinde exempla: *Talis erat Paulus, cum**

*ait* : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? et Job dicens c. 29 et 51 : Oculi sui caeco, et pes claudans : pater eram pauperum, conterebam molas iniqui. Si comedi buccellam meam solus, etc. Et Joseph, qui postquam universam Aegyptum post se fecit currere in odorem unguentorum suorum, etiam suis venditoribus eandem demum fragrantiam propinavit. Et Samuel lugens Saül qui se querebat occidere. Et Moses dicens : Dimitte populo huic; sin autem, dele me de libro tuo quem scripsisti. O verè hominem unctum unctione misericordie! Et David : Memento, ait, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus. Et Jeremias, de quo dicitur 2 Machab. 15 : Hic est fratrum amator, et populi Israël; hic est qui multum orat pro populo, et universà sanctà civitate. Hoc unguento pietatis Magdalena unxit Christum.*

VERS. 33. — SEPTEM ENIM DIEBUS FINITUR CONSECRATIO. Hebr. *Septem diebus implebit*, supple oleo, id est, consecrabit per unctionem olei manus vestras; ita Septuag. idque primò, ad hoc, ut per septem hosce

## CAPUT IX.

1. Facto octavo die, vocavit Moyses Aaron et filios ejus, ac majores natu Israël, dixitque ad Aaron :

2. Tolle de armento vitulum pro peccato, et arietem in holocaustum, utrumque immaculatum, et offer illum coram Domino.

3. Et ad filios Israël loqueris : Tollite hircum pro peccato, et vitulum atque agnum amniculos, et sine maculâ, in holocaustum.

4. Bovem et arietem pro pacificis : et immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum, similam conspersam oleo offerentes : hodie enim Dominus apparuit vobis.

5. Tulerunt ergo cuncta que jusserat Moyses ad ostium tabernaculi : ubi cum omnis multitudo astaret,

6. Ait Moyses : Iste est sermo, quem præcepit Dominus : facite, et apparebit vobis gloria ejus.

7. Et dixit ad Aaron : Accede ad altare, et immola pro peccato tuo : offer holocaustum, et deprecare pro te et pro populo ; cùmque mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus.

8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato suo :

9. Cujus sanguinem obtulerunt ei filii sui ; in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, et fudit residuum ad basim ejus.

10. Adipemque et rennetulos, ac reticulum jecoris, que sunt pro peccato, adolevit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi :

11. Carnes verò et pellem ejus extra castra combussit igni.

12. Immolavit et holocausta victimam : obtuleruntque ei filii sui sanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum.

13. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite et membris singulis, obtulerunt : que omnia super altare cremavit igni,

dies discant novelli sacerdotes oblivisci rerum terranarum et cum Deo versari in tabernaculo, id est, atrio tabernaculi. Secundò, ad hoc ut per septem hosce dies admoneantur se in totam vitam consecratos esse Deo, et in ejus familiam et domum transisse. Septem enim dies sunt omnes dies septimane. Ita Cyril. lib. 2 de Adorat. *Septem diebus, inquit, id est, semper et perpetuò.*

VERS. 34. — SICUT IMPRESENTARIUM FACTUM EST, UT RITUS SACRIFICII COMPLETERETUR, q. d. : SICUT sanguine victimæ aspersi estis vos et vestes vestre hæc die, ad complendum ritum sacrificii pro consecratione oblatis, ita oportet facere, hancque aspersionem iterare per septem dies, quibus perficitur sacerdotum consecratio.

VERS. 36. — Feceruntque cuncta que locutus est Dominus per manum Moysi, id est, per Moysen, quasi per instrumentum et manus suam. Est enim manus organum organorum, ait Aristot. lib. 2 de Animâ. Hic hebraismus passim occurrit in Scripturâ.

## CAPITRE IX.

1. Le huitième jour, Moïse appela Aaron et ses fils, et les anciens d'Israël; et il dit à Aaron :

2. Prenez de votre troupeau un veau pour le péché, et un bœlier pour en faire un holocauste, l'un et l'autre sans tache, c'est-à-dire, sans défaut; et offrez-les devant le Seigneur, pour l'expiation de vos péchés.

3. Vous direz aussi aux enfants d'Israël : Prenez un bouc pour le péché, un veau et un agneau d'un an, qui soit sans tache, pour en faire un holocauste pour l'expiation de vos péchés.

4. Prenez aussi un bœuf et un bœlier pour les hosties pacifiques, et immolez-les devant le Seigneur, en offrant dans le sacrifice de chaque de ces bêtes, de la pure farine mêlée avec l'huile, pour vous disposer à voir le Seigneur; car le Seigneur vous apparaîtra aujourd'hui, et fera éclater sa gloire au milieu de vous.

5. Ils mirent donc à l'entrée du tabernacle tout ce que Moïse leur avait ordonné; et toute l'assemblée du peuple se tenant là debout,

6. Moïse leur dit : C'est là ce que le Seigneur vous a commandé; faites-le, et sa gloire vous apparaîtra.

7. Alors il dit à Aaron : Approchez-vous de l'autel, et immolez pour votre péché; offrez l'holocauste, et priez pour vous et pour le peuple; et lorsque vous aurez sacrifié l'hostie pour le peuple, priez pour lui, selon que le Seigneur l'a ordonné.

8. Aaron aussitôt s'approchant de l'autel, immola un veau pour son péché;

9. Et ses fils lui en ayant présenté le sang, il y trempa le doigt dont il toucha les cornes de l'autel, et il répandit le reste du sang au pied de l'autel.

10. Il fit brûler aussi sur l'autel la graisse, les reins et la taie du foie qui sont pour le péché, selon que le Seigneur l'avait commandé à Moïse;

11. Mais il consuma par le feu, hors le camp, la chair et la peau.

12. Il immola aussi la victime de l'holocauste; et ses fils lui en ayant présenté le sang, il le répandit autour de l'autel.

13. Ils lui présentèrent aussi l'hostie coupée par morceaux, avec la tête et tous les membres; et il brûla le tout sur l'autel,

14. Louis aquâ prius intestinis et pedibus.

15. Et pro peccato populi offerens, mactavit hircum : expiatioque altari.

16. Fecit holocaustum,

17. Addeus in sacrificio libamenta, que pariter offeruntur, et adoleus ea super altare, absque caremoniis holocausti malutini.

18. Immolavit et bovem atque arietem, hostias pacificas populi; obtuleruntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum.

19. Adipem autem bovis, et caudam arietis, rennetulosque cum adipibus suis, et reticulum jecoris,

20. Posuerunt super pectora : cùmque cremati essent adipes super altare,

21. Pectora eorum, et armos dextros, separavit Aaron, elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses.

22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Siquæ completis hostiis pro peccato, et holocaustis, et pacificis, descendit.

23. Ingressi autem Moyses et Aaron in tabernaculum testimonii, et deinceps egressi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini;

24. Et ecce egressus ignis à Domino devoravit holocaustum, et adipem qui erant super altare. Quod cum vidissent turba, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTO AUTEM OCTAVO DIE, à consecratione Aaronis et tabernaculi, ut patet ex cap. præced. v. 35, qui dies octavus fuit mensis primi anni secundi exitus ex Aegypto, qui fuit annus mundi 2455, à diluvio 748. Hoc ergo anno et die Aaron suas quasi primitias celebravit.

Allegoricè, dies octava est tempus legis evangelicæ, quo octavam resurrectionis Christi colimus, et ad eandem tendimus, et quo apparuit gloria, id est, magnifica et gloriosa gratia Christi Salvatoris nostri, qui se obtulit pro peccato suo, id est, hominum, in se suscepto; obtulit et victimas Ecclesie sue, puta hircum, id est, penitentiam; agnum, id est, innocentiam; bovem et arietem, id est, labores et patientiam populi sui christiani. Ita ex S. Gregor., Radulphus.

VOCATIVI MOYSES AARON ET FILIOS EJUS ut hi novelli sacerdotes sua prima sacrificia offerrent; hæc de causâ convocati sunt et majores natu populi, ad honorandas videlicet sui pontificis primitias, et ut victimas suas per eum Deo sacrificarent.

VERS. 2. — TOLLE DE ARMENTO VITULUM PRO PECCATO. Licet enim paulò ante Moses hostiam pro peccato tuo, ô Aaron, obtulerit, tamen et te jam recens creatum pontificem omnis generis victimas, ac consequenter etiam hostiam pro peccato offerre volo, tum ut hoc symbolo doceam neminem sibi certò persuadere debere peccata sibi esse remissa, vel ita esse remissa,

14. Après en avoir lavé dans de l'eau les intestins et les pieds.

15. Il égorga aussi un bouc qui'il offrit pour le péché du peuple; et ayant purifié l'autel, en touchant ses cornes avec le sang de ce bouc,

16. Il offrit l'holocauste :

17. Et il ajouta à ce sacrifice les oblations de pains et de liqueurs qui s'offrent en même temps; et il le fit brûler sur l'autel, outre les cérémonies de l'holocauste qui s'offrent tous les matins, sans que rien en puisse dispenser.

18. Il immola aussi un bœuf et un bœlier, qui étaient les hosties pacifiques pour le peuple; et ses fils lui en présentèrent le sang qui'il répandit sur l'autel tout autour.

19. Ils mirent aussi sur les poitrines de ces hosties la graisse du bœuf, la queue du bœlier, les reins avec leur graisse et la taie du foie.

20. Et les graisses ayant été brûlées sur l'autel.

21. Aaron mit à part la poitrine et l'épaulé droite des hosties pacifiques, les élevant devant le Seigneur, comme Moïse l'avait ordonné.

22. Il étendit ensuite ses mains vers le peuple, et le bénit. Et ayant achevé les oblations des hosties pour le péché, des holocaustes et des victimes pacifiques, il descendit de l'autel.

23. Alors Moïse et Aaron entrèrent dans le tabernacle du témoignage, Aaron pour y exercer ses fonctions, et Moïse pour lui apprendre à le faire, comme Dieu l'avait ordonné. Et en étant ensuite sortis, ils bénirent le peuple. En même temps la gloire du Seigneur apparut à toute l'assemblée du peuple :

24. Et un feu, sorti du tabernacle et envoyé de la part du Seigneur, devora l'holocauste et les graisses qui étaient sur l'autel. Ce que tout le peuple ayant vu, ils louèrent le Seigneur en se prosternant le visage contre terre.

ut nihil pœnae pro iis luendum supersit; tum ut usquequoque incipias exercere tuum quasi characterem ordinis, id est, potestatem offerendi quamvis victimam.

VERS. 5. — AD FILIOS ISRAEL LOQUERIS. Loqueris, scilicet, tu, ô Aaron, novelle pontifex. Nam tibi jam incumbit auctoritas pontificia, ut præcipias victimas populo.

TOLLITE HIRCUM PRO PECCATO. Licet enim pro certo et determinato populi peccato, jussert Dens immolari vitulum cap. 4, v. 14, hic tamen, quia indeterminatè pro peccato populi in communi fit sacrificium, præcipitur immolari non vitulus, sed hircus, idèoque nec sanguis ejus inducitur in Sanctum, ad asperendum altare thymiatis, uti in vitulo præceptum est c. 4, v. 12 et 20.

ANNICULOS. Ita legendum est cum Hebr. Septuag. et Roman., ita ut tam vitulus quam agnus præcipitur esse amniculus.

VERS. 4. — IMMOLATE EOS (adducit ad me, ut ego eos immolem pro vobis) CORAM DOMINO, coram altari holocaustorum, sive coram ostio tabernaculi.

IN MIXTURA, puta farreo : Hebr. enim est, in mixtura; ad omnem enim victimam adjungebatur mìncha, id est, sacrificium faris vel panis, ut patet Num. 15, quia sine pane aut farre non pranderet.

HODIE DOMINUS APPAREBIT, mittens ignem de caelo, qui sacrificia vestra comburet.

VERS. 5. — TULERUNT ERGO CUNCTA, postquam Aaron jussus à Mose id præcepit, uti dixit v. 3.

VERS. 10. — ADIFENQUE ET RENUCULOS AC RETICULUM JECERIS, QUÆ SUNT (partes hostiæ, puta vituli) PRO PECCATO ADOLVIT, id est, adolenda et cremanda imposuit altari: nam igne cœlesti hæc et sequentes victimæ postea consumptæ sunt, v. 24.

VERS. 11. — CARNES VERÒ ET PELLEM EJUS EXTRA CASTRA COMBUSTI IGNI, juxta legem latam cap. 4, 12.

VERS. 15. — EXPIATIOQUE ALTARI, per hoc sacrificium pro peccato, cujus sanguine unctum et aspersum est altare. Unde hebraice est, et *expiauit eo*, scilicet hirco, id est, ut Chald., in sanguine hirci, uti ante fecerunt sanguine vituli v. 9.

Nota. Peculiariter sacrificio pro peccato tribuitur expiatio et consecratio altaris, quia per illud altare expliabitur, id est, aspergebatur per cornua sua sanguine, itaque dedicabatur ad expianda deinceps peccata, per sacrificia in eo offerenda.

Nota secundò, hic subintelligi, in hoc sacrificio facta esse illa que solent, quæque præscripta sunt cap. 7, v. 2, 3, 4, videlicet adipem esse Deo incensum, et reliquum sanguinis fustum fuisse ad basim altaris.

VERS. 17. — ADDENS IN SACRIFICIO (mincha) LIBAMENTA, olei et vini, de quibus Num. 13, 4, quam legem jam fuisse latam, ex hoc loco patet, licet posterius Num. 15, referatur.

ABSQUE CEREMONIIS HOLOCAUSTI MATUTINI, id est, absque eo quòd omittitur, vel impeditur iuge sacrificium, matutinum et vespertinum.

VERS. 19 et 20. — ADIFEM, CAUDAM, ETC., POSUERUNT SUPER PECCATORA, non sua, sed pecorum jam immolatorum, quæ postea separavit Aaron, adipem et caudam Deo comburens, peccusculum verò et armos elevans coram Domino, ut dicitur v. seq. Patet ex Hebr. Peccusculum enim et armos dexter non cremabantur, sed elevata et oblata Domino cedebant sacrificanti, uti dicitur e. c. 7, v. 31 et 52.

VERS. 22. — ET EXTENDENS MANUS AD POPULUM, DENEXIT EI, Aaron scilicet novellus pontifex. Forma benedictionis fuit illa quæ habetur Num. 6, 24, scilicet: *Benedic tibi Dominus, et custodiat te; ostendat Dominus faciem suam tibi, et miseretur tui; conversat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem.* Hujus benedictionis exemplum et fructus existat 2 Paralip. 50, 27, cujus figura veritas in Christi benedictione tum aliàs, tum in ascensione ad cœlos patuit.

Nota. Videtur hic duplex fuisse benedictio: Aaron enim videtur bis benedixisse populum; primò, cum ipse composuisset hostias super altare; secundò, post egressum ex tabernaculo, tum enim cum Mose benedixit populo v. 25.

SICQUE COMPLETIS HOSTIIS, id est, hostiarum jugulatione, concisione et impositione in altare, DESCENDIT AAREN SACRIFICANS: restabat enim hostiarum crematio, quæ postea facta est per ignem cœlestis missum. Quare quæ vers. 10, 13, 17, 20, de eâ dicuntur, per anticipationem accipienda sunt, ut patet v. 24. Hic

ergo videtur fuisse ordo et series rei: primò, Aaron jugulavit et immolavit omnes hæcæ victimas: secundò, compositis simul holocaustis et adipibus pacificorum et victimæ pro peccato super altare holocaustorum, Moses et Aaron ingressi sunt tabernaculum, oraturi Deum ut mitteret ignem de cœlo, qui hæc hostias consumeret (id enim futurum scivit et prædixit Moses, ut patet v. 4), simul ut incensum adolere super altare thymiatis. Tertio, post eorum preces advenit ignis divinus è cœlo, victimasque consumpsit. Quarto, hoc videns populus laudavit Deum, cui deinde Moses et Aaron benedixerunt, eumque donum dimiserunt. Quintò, vitulus oblatas pro peccato Aaronis, elatus est extra castra, ibique totus cum pelle combustus est, uti dicitur v. 11.

VERS. 23. — ET DEINCEPS EGRESSI. Ita legendum cum Hebr., Chald., Sept., Roman.; male ergo in aliis, etiam Plantinians, legitur, *ingressi*.

APPARUITQUE GLORIA DOMINI, puta *ignis egressus*, id est, productus et emissus à Domino, qui devoravit holocaustum et adipem pacificorum, uti sequitur. Hunc ignem in victimas Aaronis misit Deus, ut ordinem sacerdotalem legis veteris à se institutum, et suas de sacrificiis leges hoc miraculo confirmaret, et quasi obsignaret; atque ut populi reverentiam erga sacerdotes et sacrificia accenderet. Sic ignis è cœlo descendens probavit sacrificium et religionem Eliæ certantis contra Baal, ejusque sacerdotes, 5 Reg. 18, v. 24 et 58. Idem ignis probavit sacrificia Salomonis in dedicatione templi, 2 Paral. 7, 1; vide dicta Exod. 5, vers. 2. Sic gentiles fabulati sunt de simili suo igne divino: sicut de Seleuco proditum est, qui cum Jovi in Pellâ victimam immolaret, ignis aris imposita ultrò arsisse feruntur. Et Servius in illud *Æneid. 12, qui fœdera fulmine sancit*. Quia, inquit, apud majores arce non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat victimas, indeque Jupiter Elicius appellatus est. Sed hæc vel fabulosa sunt, vel demonis arce et ope peracta.

Nota primò. Ignis hic octavo die ab erectione tabernaculi, et consecratione sacerdotum, missus fuit à Deo in altare, ejusque victimas; nam primis septem diebus consecrationis sacerdotum, Moses in sacrificiis suis communi usus est igne: post diem verò octavum et ignem hunc è cœlo lapsum, deinceps eo usi sunt sacerdotes in sacrificiis; quem quia Nadab et Abiu non adhibuerunt, sed externum et profanum intulerunt in altare, idcirco igne Domini aflati et consumpti sunt, ut dicitur e. 10. Nota secundò. Hic ignis debebat à sacerdotibus summâ curâ, appositis lignis, aliisque fomentis jugiter foveri et conservari, ut patet Levit. 6, 12; unde deinceps ab eis semper in tabernaculo, et deinde in templo servatus est, usque ad tempus captivitatis Babylonice, et conflagrationis templi; et enim imminente, sacerdotes ignem hunc divinum ex altari et templo extulerunt, atque in puteo absconderunt: quem soluta captivitate requirentes, jubente Nehemiâ, non ignem, sed loco ignis aquam crassam repererunt, que in eundem ignem rursùm, sacrifi-

cante sacerdote, est conversa: quo igne postmodùm usi sunt sacerdotes in secundo templo Zorobabelis, et in hujus rei et miraculi memoriam, insitulerunt festum dati, vel potius redditi ignis; hæc omnia patet 2 Mach. 1, 19 et seq.

Tradunt Hebræi, in igne isto sacrificia absumente leonis faciem conspectam fuisse, ut representaretur Christus, qui est leo de tribu Judâ, quique immense charitatis suæ igne pro nobis in cruce hostia factus, omnia nostra peccata absumpsit, nosque Deo Patri reconciliavit. Addunt et alia multa, scilicet primò, quòd ignis hic non poterat extingui aquis, etiamsi flumina incidere et obruerent eum. Secundò, quòd non indigebat nutrimento; Deus tamen volebat ut sacerdos illum nutriret. Tertio, quòd servabatur panno purpureo involutus. Sed hæc sunt fabulæ judææ; cur enim tantâ curâ jussit ignem hunc nutrirî Deus, nisi quia non tantùm aquis, sed et deficiente fomite et lignis, extinctus fuisset? Errant secundò, Judæi dum censent ignem hunc cœlestem in secundo templo semper defuisse; contrarium enim patet ex 2 Machab. 1, 19. Halloçinatur tertio Abulens., dum censet ignem hunc post octavum diem defecisse, eò quòd deinceps in deserto per 58 annos non sacrificarunt Hebræi; ac proinde eos in Chanaan, cum rursùm sacrificare coeperunt, ignem non è cœlo, sed è cilice naturaliter elicuisse, eoque sacrificia cremâsse. Ignem enim hunc nunquam defecisse, patet tum ex loco Machab. jam citato, tum ex eo quòd jussit Dominus eum perpetuò nutrirî et conservari, cap. 6, 15; ita Ribera lib. 5 de Templo c. 7, et alii passim. Pari modo jussit Deus in mensâ panes propositionis jugiter, etiam in deserto sibi apponi, ut patet Num. 7, 7.

Mysticè, ignis symbolum est castitatis et puritatis divinæ, quam homines, maxime sacerdotes imitari debent. Hinc Itonæ virginis Vestales, pari observantâ ignem sacrum et pudicitiam conservabant; sed et ignem ipsam, vite pariter et castitatis symbolum, Vestam vocabant: sic enim de eâ canit Ovidius in Fastis:

*Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam,*

*Nalque de flammâ corpora nulla vides.*

*Jure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,*

*Nec capit, et comites virginitalis amat.*

De hoc igne sacro, ejusque custodibus canit et Virgil. 4 *Æneid.*:

*Vigilantque sacraverat ignem,*

*Excubias diem æternas.*

Hunc ignem dùm servaverint et anxerint Christiani, non metuent ignem illum, de quo scriptum est Deut. 32: *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissimam.* Secundò, ignis est Spiritus sanctus, qui in die Pentecostes specie ignis descendit in Apostolos et Ecclesiam, semperque cum eâ permanet, uti jam ante descenderat in Christum, Joan. 1, 55; ita Isychius et Radulph.; quomodo hic ignis nutrirî debebat, dixi e. 6, 11.

Porro quam ignis Dei, Spiritus sancti et charitatis aptum sit symbolum, audi. Primò, ignis est quasi om-

niptens, quia ferrum emolli, et omnia metalla liquefacit. Talis est, Deus, et charitas. Secundò, ignis si hostis est, terribilis est ac formidandus, ut patet in incendiis et fulminibus; sin verò amicus, summi beneficius est: ignis enim cibos coquit, et omnia etiam durissima homini emolli. Tertio, ignis in tenebris ducatum præstat, et per fugium. Quarto, ignis contractantem adurit, astantem calefacit: ita eminus et reverenter cum Deo agendum est. Quintò, ignis nunquam est otiosus ac languens, sed vividus et activus. Sextò, ignis in abstrusis silicis venis delitescit: ita Deus in rebus creatis intimus est et abditus. Septimò, ignis est clarus et fulgidus, præsertim in caligine. Octavò, ignis ab omni alia re secretus et purissimus est, nec in eo quidquam est quod non sit ignis: quiniò aurum, argentum, et alia metalla purificat. Nonò, ignis aliis se communicat, et integer in se persistit, imò eò magis augetur. Decimò, summa Dei sapientiæ, bonitatis et potentie conjunctio in ignis luce, calore et efficacia mirificè exprimitur. Undecimò, ignis aliam confringit et obdurat, alia laxat et resolvit: sic Deus *cujus vult miseretur, et quem vult indurat*, Rom. 9, v. 18. Duodecimò, ignis plura inter se divisa liquefaciendo unit et coagmentat: ita Deus gentes omnes in suâ fide et spiritu unit. Decimò tertio, ignis aquam etiam sibi contrariam, calefacit: sic Deus, etiam suis hostibus benefacit. Decimò quartò, ignis sursùm tendit, q. d.: Cœlestis sum; hinc major eî efficacia inest sursùm quam deorsùm. Decimò quintò, ignis alia liquefacit, alia non calefacit, ut adamantem et carbunculum; alia in fumum, alia in favillam, alia in cineres; alia in cætem convertit: ita varia est Dei et Spiritus sancti operatio. Decimò sextò, sicut ab igne manat lux et calor, ita à Patre Filius et Spiritus sanctus, ait Damasc. lib. 4 de Fid. 9. Denique, ignis hic altaris tam victimas quàm offerentes, quasi consecravit et sanctificabat. Rectè ergo dixit Heraclitus, Deum esse ignem intelligibilem.

Denique notent hic sacerdotes quæ dignitates sint sacrificia, utpote quibus se insinat et ostendit gloria Domini, ac consequenter quàm reverent, sublimi et cœlesti mente ea offerre debeant. Audi S. Chrys. l. 6 de Sacerdotio: *Per id tempus (sacrificii) angeli sacerdoti assident, et cœlestium potestatum universum ordo clamores excitat, et locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, anglorum choris plenus est. Vidit enim senex quidam admirabilis, eo tempore anglorum multitudinem fulgentibus vestibus indutorum, altare ipsam circumdantium, atque sic capite inclinatum, ut si quis milites præsentem rege stantes videret.*

Ita S. Euthymius abbas sub anno Christi 505 sacrificans super vidit angelos, secum Deo ministrantes, et sacra contractantes. Aliàs vidit ignem et locum imensam desuper descendentem, quo ipsum cum ministro usque ad finem sacrificii complectebatur: testis est Cyrillus in ejus Vita. Ita Spiritus sanctus ignis specie S. Anstasium sacrificantem circumdedit, ut habetur in Vita S. Basilii. Ita S. Basilii sacrificium non peragebat, nisi divina visio eî ostenderetur: quæ cum quâdam vice ob lascivum diaconum aspectum eî

negaretur, eum ab altari amovit, ac mox visione redeunte sacrificium consummavit. Aliàs visus est sacrificans candidissimo lumine et candidatis angelis circumdatus : testis est Amphil. in ejus Vita. Ita S. Gudwaldus ante annos 500 archiepiscopus existens, assidue premissis jejuniis, vigiliis et precibus, celebrans cœlos vidit aperiri, angelos descendere, laudes Deo canere cum ingenti reverentiâ : ipse verò ceu splendida lucis columna stabat, Sancta sanctorum tractans et Agnum Dei immolans. Ita super caput S. Martini, dâm sacrificaret, globus igneus apparuit, teste Severo. Ita S. Plegilus presbyter sacrificans vidit Christum instar pueri in hostiâ consecratâ, offerentem se illi ad amplexus et oscula : testis est Paschasius Corbeiensis li-

## CAPUT X.

1. Arreptisque Nadab et Abiu, filii Aaron thuribus, posuerunt ignem et incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum : quod eis præceptum non erat.

2. Egressusque ignis à Domino devoravit eos, et mortui sunt coram Domino.

3. Dixitque Moyses ad Aaron : Hoc est quod locutus est Dominus : Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, et in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron.

4. Vocatis autem Moyses Misaël et Elisaphan filios Oziel, patrum Aaron, ait ad eos : Ite et tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii, et asportate extra castra.

5. Confestimque pergentes, tulerunt eos sicut jacēbant, vestitos lineis tunicis, et ejecerunt foris, ut sibi fuerat imperatum.

6. Locutusque est Moyses ad Aaron et ad Eleazar, et Ithamar filios ejus : Capta vestra nolite nudare, et vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, et super omnem cœtum oritur indignatio. Fratres vestri, et omnis domus Israel, plangent incendium quod Dominus suscitavit;

7. Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis : oleum quippe sancte unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moysi.

8. Dixit quoque Dominus ad Aaron :

9. Vinum et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intrabis in tabernaculum testimonii, ne moriamini ; quia præceptum sempiternum est in generatione vestras :

10. Et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum ;

11. Decalcatis filios omnia legitima mea, quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi.

12. Locutusque est Moyses ad Aaron et ad Eleazar, et Ithamar, filios ejus, qui erant residui : Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, et comedite illud absque fermento juxta altare, quia Sanctum sanctorum est.

13. Comedatis autem in loco sancto, quod datum

bro de Corp. et Sang. Domini cap. 40. Mira quoque sunt quæ refert S. Gregor. hom. 37 in Evang. de S. Cassio Narniensi episcopo celebrante assidue. Joannes Moscos in Prato spirituali cap. 190, commemorat senem, qui sacrificans videbat angelos dextrâ lavagæ sibi assistere. Idem c. 4 refert abbatem Leontium vidisse angelum stantem ad dextram levium cornu, eique dicentem : *Es quo sanctificatum est altare istud, ego jugiter illi instare jussus sum.* Idem prorsus vidit et audivit Barnabas abbas ibidem c. 10. Palladius in Lausiacâ cap. 72, scribit, Ammonam vidisse angelum signantem eos qui dignè accedebant ad S. Synaxin, et eos qui fuerant ab eo delati, post triduum obiisse.

## CHAPITRE X.

1. Alors Nadab et Abiu, fils d'Aaron, ayant pris leurs encensoirs, y mirent du feu et de l'encens dessus, et ils ne prirent point ce feu sur l'autel, de sorte qu'ils offrirent devant le Seigneur un feu étranger, ce qui ne leur avait point été commandé.

2. Et en même temps un feu étant sorti du tabernacle, par l'ordre du Seigneur, les dévora, et ils moururent devant le Seigneur.

3. Moïse dit donc à Aaron : Voilà ce que le Seigneur a dit : Je serai sanctifié dans ceux qui m'approchent, et je serai glorifié devant tout le peuple, ou par la sainteté et la fidélité avec laquelle mes ministres serviront, ou par la rigueur et par la sévérité avec laquelle je les punirai. Aaron ayant entendu ceci, se tut par soumission aux ordres du Seigneur.

4. Et Moïse ayant appelé Misaël et Elisaphan, fils d'Oziel, qui était oncle d'Aaron, il leur dit : Allez, ôtez vos frères de devant le sanctuaire, et emportez-les hors du camp.

5. Ils allèrent aussitôt les prendre couchés et morts, comme ils étaient, vêtus de leurs tuniques de lin, et ils les jetèrent dehors, selon qu'il leur avait été commandé.

6. Alors Moïse dit à Aaron et à Eleazar et Ithamar, ses autres fils : Prenez garde de ne pas découvrir votre tête, de ne pas raser vos cheveux, et de ne pas déchirer vos vêtements, pour pleurer la mort de Nadab et d'Abiu, de peur que vous ne mouriez, et que la colère du Seigneur ne s'éleve contre tout le peuple. Que vos frères et toute la maison d'Israël pleurent l'embrasement qui est venu du Seigneur, et qui a fait mourir ces deux prêtres.

7. Mais pour vous, ne sortez point hors des portes du tabernacle, autrement vous périrez, parce que l'huile de l'unction sainte a été répandue sur vous ; et ils firent tout, selon que Moïse le leur avait ordonné.

8. Le Seigneur dit aussi à Aaron :

9. Vous ne boirez point, vous et vos enfants, de vin, ni de rien de ce qui peut enivrer, quand vos entrées dans le tabernacle du témoignage, de peur que vous ne soyez punis de mort, vous et vos descendants, parce que c'est une ordonnance éternelle, qui passera dans toute votre postérité :

10. Afin que vous ayez la science de discerner ce qui est saint ou profane, ce qui est pur ou impur :

11. Et que vous appreniez aux enfants d'Israël toutes mes lois et mes ordonnances, que je leur ai prescrites par Moïse ; ce que vous seriez moins en état de faire si vous aviez l'esprit obscurci par les fumées du vin ou de quelque autre liqueur.

12. Moïse dit alors à Aaron et à Eleazar et Ithamar, ses fils, qui lui étaient restés : Prenez le sacrifice de farine, qui est demeuré de l'oblation du Seigneur, et mangez-le sans levain près de l'autel, parce que c'est une chose très-sainte, et à laquelle vous seuls pouvez toucher.

13. Vous le mangerez dans le lieu saint, comme

est tibi et filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi.

14. Pectusculum quoque quod oblatum est, et armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu et filii tui et filia tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel ;

15. Eò quòd armum et pectus, et adipem qui cremantur in altari, elevaverunt coram Domino, et pertineant ad te, et ad filios tuos, lego perpetuâ, sicut præcepit Dominus.

16. Inter hæc, hircum, qui oblatum fuerat pro peccato, cum quaereret Moyses, exustum reperit ; iratusque contra Eleazar et Ithamar, filios Aaron, qui remanserant, ait :

17. Cur non comeditis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, et data vobis ut portetis iniquitatem multitudinis, et rogetis pro eâ in conspectu Domini,

18. Præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, et comedere deberetis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi ?

19. Respondit Aaron : Oblata est hostia victima pro peccato et holocaustum coram Domino : mihi autem accidit, quod vides ; quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis, mente lugebat ?

20. Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1.—ARREPTISQUE NADAB ET ABIU, FILII AARON THURIBULIS. Hebr. et acciperunt thuribula, videlicet quæ suspensa erant ad altare holocaustorum, ut ea implentes incenso ingrederentur sanctuarium, et adolerent super altare thymiatis, uti præceptum erat Exod. 30, v. 8 et 20. Videntur hi seniores et digniores Aaronis filii voluisse suas etiam, post patrem, ministerii sui primitias intrare, et pro gratiarum actione adolere incensum. Unde videntur hæc contigisse octavo die, puta eodem die quo Aaron celebravit suas primitias, aut certè paulo post : nam sicut primum sacerdotis munus erat immolare, quod jam fecerat Aaron, ita secundum erat adolere thymiama, quod hi jam facere cogitabant ; tertium erat accendere lucernas.

OFFERENTES CORAM DOMINO IGNEM ALIENUM. Erat in atrio tabernaculi, puta in altari holocaustorum, ignis sacer è celo lapsus, quem Deus jusserat fieri, ut eo solo uterentur ad sacrificia et thymiama ; uti dixi cap. præced. v. 24. Erat in eodem atrio ignis profanus et communis, quo utebantur ad coquendas carnes hostiæ pacificæ, et hostiæ pro peccato, quibus vescabantur in atrio partim sacerdotibus, partim laici offerentes. Eodem usu fuerant ad domesticos usus Aaron, Nadab et Abiu, septem diebus consecrationis suæ, quibus continuò in tabernaculo versati sunt. Hoc ergo igne profano, qui à sacris debebat esse alienus, pro sacro in thurificatione suâ usi sunt Nadab et Abiu, coram Domino, id est, coram altari holocaustorum et coram ostio tabernaculi. Secundò et verius, coram Domino, id est, in altari thymiatis (in hoc enim per thuribula

vos ayant été donné à vous et à vos enfants des oblations du Seigneur, selon qu'il m'a été commandé.

14. Vous mangerez aussi, vous, vos fils et vos filles avec vous, dans un lieu très-pur, la poitrine qui en a été offerte, et l'épaulé qui en a été mis à part ; car c'est ce qui a été réservé pour vous et pour vos enfants, des hosties pacifiques des enfants d'Israël :

15. Parce qu'ils ont élevé devant le Seigneur l'épaulé, la poitrine et les graisses de la victime qui se brûlent sur l'autel, et que ces choses vous appartiennent à vous et à vos enfants, par une ordonnance perpétuelle, selon l'ordre que le Seigneur en a donné.

16. Cependant Moïse cherchant le bon qui avait été offert pour le péché du peuple, trouva qu'il avait été brûlé entièrement, et que les prêtres n'en avaient point mangé, et entrant en colère contre Eleazar et Ithamar, enfants d'Aaron, qui étaient restés, il leur dit :

17. Pourquoi n'avez-vous pas mangé dans le lieu saint l'hostie qui s'offre pour le péché du peuple, dont la chair est très-sainte, et qui vous a été donnée afin que vous portiez l'iniquité du peuple, et que vous priiez pour lui devant le Seigneur ?

18. Et d'autant plus qu'on n'a point porté du sang de cette hostie dans le sanctuaire, et que vous devriez l'avoir mangée dans le lieu saint, selon qu'il m'avait été ordonné ?

19. Aaron lui répondit : La victime, pour le péché du peuple, a été offerte aujourd'hui, et l'holocauste a été présenté devant le Seigneur ; mais pour moi il m'est arrivé ce que vous voyez, en la personne de mes enfants qui sont morts à mes yeux ; comment donc aurais-je pu manger de cette hostie, ou plaire au Seigneur dans ces cérémonies saintes, me trouvant avec un esprit abattu d'affliction ?

20. Ce que Moïse ayant entendu, il reçut l'excuse qu'il lui donnait.

adolendum erat thymiama) quod erat coram Domino residente in propitiatorio et Sancto sanctorum.

Quæres, unde contigerit hic Nadab et Abiu lapsus, ut igne profano uterentur ad adolendum thymiama? Hebraei putant id eos fecisse ex temeritate, eò quòd ebrii resicere quod facerent. Ita R. Simeon, R. Moses, R. Salomon. Imic sententiaæ favet, quòd Dominus post necem Nadab et Abiu, movet vers. 8 Aaroni et sacerdotibus, ingressuris tabernaculum, vinum et omne quod inebriare potest, prohibeat. Hæc enim cautio et lex suspicionem movet eos fuisse temulentos, non tamen omninò ebrios : hæc enim non tacuisse Script., et si planè fuissent ebrii, impotes et inepti fuissent ad enunciamandum et adolendum thymiama. Secundò, dici posset id eos fecisse ex inconsideratione et perturbatione : sic enim videmus novellos sacerdotibus inexpertos, timidos et turbatos, in suis primitiis multos errores committere. Tertio, et probabilissimè dici potest, eos, cum viderent ignis è celo labentis, victimas cap. præced. v. 14 devoratas conspicerent, novitate miraculi partim exultantes, partim perculos et perturbatos, non ausos fuisse accedere ad altare, ut inde ignem sacrum acciperent, sed aliud fœstinanter raptò igne, incensum Domino pro gratiarum actione obtulisse : ad hæc enim incitabat eos gaudium ex dato colitis igne, sed metus terrebat eos, ut eum attingere non audeat : hoc enim significat *è arreptisque*, quod hæc historiam cum historicis ignis divini e. præcedenti connectit. Unde hi Aaronis filii inobedientie quidem non caruerunt reatu, crimen

verò damnabile magis significarunt quam admiserunt, inquit Radolphus. Juventus enim uti fervens est, ita præceps est et inconsiderata, ut rectè rogatus Socrates, quoniam sit juvenum virtus, dixerit: *Nihil nimis*.

Tropol. ignis alienus significat hereses, et aliena à fide dogmata novantium. Ita Isych., Beda et S. Cyrilianus lib. de Unitate Ecclesie. Unde Nadab hebraicè significans *spontanæum*, et Abiu significans *patrem ejus*, eos notat qui, non vocante Deo, sed spontè se sacris ingerunt; vel carnalis posteritatis obtentu, aut propinquorum potentium commendatione, sacerdotale munus usurpant. Ita Radolphus. Secundò, ignis alienus est quævis cupiditas, quæ igni sacro, id est, charitati, est contraria; charitas enim est ignis è cælo missus et contra; a Deo inditus; ignis verò alienus est, cum anima ardet iræ, avaritiæ, luxuriæ, inquit Radolph. : hæc enim non Deus, sed caro, vel dæmon anime suggerit et indit.

QUOD EIS PRÆCEPTUM NON ERAT, id est, *quod eis veitum erat* : aliquin enim non peccassent, nec morte puniti fuissent; est liptote : vide Can. 26. Hinc constat legem de non utendo igne alieno in sacris, à Deo fuisse latam, etiamsi hactenus Scriptura eam nusquam expresserit. Satis tamen eam insinuat c. 6, v. 9, cum ait : *Ignis in eodem altari erit, ut ibidem dicit*. Licet enim ea lex disertè tantum de vicinis loquatur, tamen à pari, aut potius à majori, ad thus et thymiama extendenda videtur. Hoc enim *Sanctum sanctorum* vocatur Exodi 30, 36. Unde et vicinia in atrio ante Sanctum, thymiama verò in Sancto ante Sanctum sanctorum adolebatur.

VERS. 2. EGRESSUSQUE IGNIS A DOMINO, q. d. : A Domino ex altari holocaustorum in eos immissus est ignis, cum ipsi tenderent ad sanctuarium et ad altare thymiama: nam antequam eò pervenirent et adolerent, occisi sunt ante tabernaculum, sive Sanctum, in ejus atrio; hoc enim significat *et mortui sunt coram Domino*, id est, coram ostio tabernaculi. Secundò et veriùs, Abul. et Vilalpando, à Domino, inquit, id est, ex altari thymiama, quod erat obversum propitiatorio (quod erat quasi thronus Dei) egressus est ignis, qui devoravit Nadab et Abiu; ipsi enim cum thuribulis jam ingressi erant Sanctum, et in altari thymiama obtulerant et adoleverant ignem alienum, ut dicitur v. 1, unde ex eodem altari ultor in eos ignis erupit; puniti enim sunt ob sacrilegium, non mente destinatum, sed opere perpetratum.

Ubi nota. Ignis de celo lapsus, ex altari holocaustorum in thuribulis deferebatur ad altare thymiama, quod diè mane et vesperò, ad adolendum thymiama; unde idem ignis coelestis censebatur tam esse altaris thymiama, quam holocaustorum, et fortè jam actu delatus erat ad altare thymiama, ut thymiama vespertinum adoleretur: hæc enim peractis omnibus Aaronis sacrificiis, quæ totum diem octavum facillè occuparunt, sub ejus vesperam contigisse videntur, quando tempus erat adolendi thymiama. Ex

hoc ergo altari ignis sacer, non ferens consortium ignis alieni, prosilit, cumque cum offerentibus absorbit. Adverte : justè puniuntur igne, qui igne peccaverant : in quo enim quis peccat, per hoc et punitur. Hinc patet figmentum esse quod aiunt Rabbinì, scilicet Nadab et Abiu igne esse consumptos, eò quod manus et pedes non lavissent juxta præceptum Exodi 50, 19; quòd non omnes vestes sacras induissent, sed tantum tunicas; quòd uxores accipere nolissent; quòd contra Mosen, ipso præsentè, de lege docuissent.

Mysticè, ignis hic est ignis divini examinis et vindictæ, 1 Corinth. 5, 15. Ita Radolphus. Rursùm ignis hic est excommunicatio Ecclesie, ait Isychius.

DEVORAVIT EOS, non omninò eos concremando et consumendo, sed instar fulminis afflando et occidendo, nam postea eorum integra corpora sepulta sunt : idque fecit Deus ad consolationem Aaron, et ut peccatum eorum mitigaret. Voluit Deus recentem legem, et sacerdotii religionem tam severè vindicta sancire, in posterorum exemplum. Simile exemplum statim S. Petrus Christianis, puniens Ananiam et Sapphiram, Act. 5. Unde probabiliter opinatur Abul. Deum Nadab et Abiu morte presentè punisse, ut aeternam evaderent, itaque eos vel venialiter tantum peccasse, vel, si mortaliter peccarant, antequam efflarent animam, illud contritione deluisse, ejus rei signum est primò, quòd corpora eorum manserint illata; secundò, quòd Moses jussit eis in vestibus sacris tumulari; tertio, quòd Deus jussit toti populo, ut eos plangeret : unde Radolph. : *Mors, ait, eorum æternæ mortis figuram potius quam veritatem exhibuit*.

Ubi nota. Justè Deus potest peccata venialia, etiam cessante scandalo, punire morte, quod facere nequit iudex inter homines. Est enim Deus absolutus omnium Dominus, qui summum in vitam et necem omnium jus habet et imperium. Cujus rei illustre exemplum est 5 Reg. 15, 24, ubi vir Dei et propheta sanctus occisus est à leone jussu Dei, quia deceptus ab alio propheta in ejus domo cibum sumpserat, quod Deus illi veterat. Simili modo Deus occidit Ozam, eò quòd arcam labentem sufflisset et tetigisset. 2 Reg. 6, 6.

HOC EST QUOD LOCRETI EST. Ubi et quando dixerit Deus id quod sequitur, non constat, quia nusquam expressum aut scriptum est. Simile notavi vers. 4. Hinc patet multa à Deo dicta et jussa esse Mosi et Hebraeis, quæ non sunt scripta, sed tradita per manus.

VERS. 5. — SANCTIFICABOR IN IIS QUI APPROPINQUANT MIHI, id est, in sacerdotibus, qui ad mea sacra accedunt, ostendam me esse sanctum, ac proinde et eos ministrantes mihi sanctos esse, me velle declarabo, puniendo profanos et sacrilegos. Pontione ergo et justitià, aequè ut elementa sanctificantur, id est, sanctum se ostendit Deus. Hinc S. Augustinus, q. 51 : *Sanctificatus est, inquit, Deus in eis, quia aliis per hanc vindictam commendatus est timor ejus*. Hæc de

causâ Numa Pompilius apud Romanos instituit, ut sacrificium ipsi et astantes, ut summâ attentione et reverentiâ interesset rei divinæ, ne Dei offensam et vindictam incurrerent.

VERS. 4. — FRATRES, cognatos; erant enim in tertio gradu consanguinitatis. Simile est Genes. 15, 8, ubi Abraham vocat Lot fratrem, id est, nepotem ex fratre.

VERS. 6. — CAPITA VESTRA NOLITE NUDARE. Sept. vertunt, *vos respiciet ignis, etiam decedat, capita vestra non decideritis*, id est, *cidarâ non nudabitis*, q. d. : Non plangeatis mortem fratrum vestrorum Nadab et Abiu, nec dabitis signa luctûs, nec ad funus eorum prodibitis. Mirum est, Chaldaeam vertere contrariò sensu : *Non multiplicabitis, vel, non nutritis coronam capitis vestri*; forte ipse Hebraeam, *hiphran*, accepit in contrariâ significatione, ut significet *comare, vel comam alere*, ex eo quòd *צמח* significet *comam*. Sic et in aliis vacillat subinde versio et fides Chaldaei, dum ipse cum Talmudicis rabinizat. Mos erat Ingenium vestimenta scindere, et capitibus nudatis pulverem aspergere, ut patet Job 1, 20; 1 Reg. 4, 12; ergo cum hic vetatur ne vestes scindant, et capita nudent, vetatur ne mortem fratrum plangant. In recenti enim eorum consecratione, maxime ipsorum et publico honori ac sanctificationi consulendum et parcendum fuit, ne aut sacras vestes novas scinderent, aut pontifex capiti suo, quod sacro perfuderat unguento (pulvere forsitan, præ doloris nimietate, illud aspergendo) thæra ornatum detraberet, itaque festum hoc funestarent; hanc causam dat ipse Deus vers. 7.

Mysticè, cum ignis alienus, id est, heresis, exsurgit, non oportet nudare caput intelligibili cidarâ, id est, non oportet fidem integram de Christi divinitate (hæc enim Christi est caput) seponere, neque vestimenta scindere, id est, stolam humanitatis Christi, ejusque gesta infirmare aut reseccare : hinc enim omnes ferè tendunt hereses, scilicet ut vel divinitatem, vel humanitatem Christi oppugnent. Ita Isychius.

NE FORTE MORIAMINI; *et fortè non est dubitantis; certè enim morturi erant, si facerent quod hic vetatur, scilicet si fratres suos plangerent*. Utitur tamen Scriptura subinde in rebus certis phrasi hæc dubitantis, ut ostendat homines esse liberi arbitrii, et eventum esse liberum ac dubium : licet enim conditionalis hæc propositio esset certa : *Si plangitis moriemini*, eventus tamen, puta mors erat dubia quia, dubium erat an essent facturi plangunt, ob quem morte erant puniendi. Ita S. Greg. hom. 9 in Ezéch., Chrysost., et Hier. in 21 Matthæi.

ET SUPER OMNEM CŒTUM ORATUR INDIGNATIO, q. d. : Ne populus puniatur à Deo, propter pontificis et sacerdotum peccatum, tanquam principum et capitum suorum.

VERS. 7. — VOS AUTEM NON EGREDIEMINI FORAS TABERNACULI, puta fores atrii tabernaculi; in atrio

enim manebant sacerdotes, non autem in ipso tabernaculo, sive Sancto : sic seipè in Levitico et alibi, tabernaculum sumitur pro atrio tabernaculi; hoc enim erat quasi tabernaculum et templum, tam sacerdotum quam laicorum.

OLEUM QUIPPÉ SANCTÆ UNCTIONIS EST SUPER VOS, q. d. : Recenter jam inuncti et consecrati estis sacerdotes, et in reverentiam hujus novæ consecrationis, volo vos abstinere ab omnibus inquinamentis, etiam fœnerum : item à plactu et pulvere, quia, ut ait Radolph., *indignum est ut terrena dispendia inmoderatius defleant, quibus celestium gratiarum compensatio tanta refusa est*. Unde populo hic permittitur plangere, non autem sacerdotibus necem fratrum suorum. Notent hoc sacerdotes et religiosi novi Testamenti.

VERS. 9. — VINUM ET OMNE QUOD INEBRIARE POTEST (hebraicè *col sachar, omnem siceram*, id est, omne inebriativum) NON BIBETIS TU ET FILII TUI, QUANDO INTRABIS IN TABERNACULUM TESTIMONIUM, NE MORIAMINI. Sub populo hic vetatur hic sacerdoti sacris operatio vinum et siceram, ut scilicet ipse effugiat pigritiam, oblivionem, somnum, amantiam : hæc enim sunt proles et partus vini et siceræ, inquit Philo lib. 2 de Monarchiâ, utque sui compos habeat scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum, ut dicitur v. 10, q. d. : Ut inter ministrandum non erret, sed secernat sacrum à profano, idque doceat filios Israel. Hinc aliqui suspicantur Nadab et Abiu punisse, quòd non cavissent sibi à nimio potu, ex eoque pro ignis sacro profanum accepissent; cur enim aliqui hæc una lex abstinentiæ à vino, hic mox à morte eorum ingereretur et sanciretur? cur aliqui juherentur secernere sanctum à profano? Audi Petrum Chrysologum : *Vini odor odorem sugarat incensi, et ebrietas ignis flammam provocat altaris*. Unde, quia aliena vino, alienum portaverunt ignem, mox divino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimine est, in sacerdote sacrilegium. Hinc et S. Hier. ad Nepotianum : *Nunquam vinum redolens. Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Velus lex dicit : Qui altari deseruiunt, vinum et siceram non bibant*. Et infra : *Facile contemnitur clericus, qui serpè vocatus ad prandium, ire non recusat. Nunquam penitentes, rarò accedamus rogati. Nescio enim quomodo ipse etiam qui deprecatur ut tribuat, cum acciperis, vitorem te judicat, et mirum in modum si eum rogantem contempseris, plus te postorius venatur*. Denique clericus vino et galæ defusus, sacerdos est non Dei, sed Bacchi : tali enim, ut ait Tertull., lib. de Jejunis, *Deus venter est, et palmo templa, et aqualevis altare, et sacerdos coquus, et Spiritus sanctus ridet, et condimenta charismata, et rictus prophetia, etc., cui agape in cacibus ferret, fides in culinis calet, spes in ferculis jacet*.

Audi gentiles : Apud Troezenios qui ad Aridalicarum rem divinam faciebant, et Deorum responsa expectabant, per integrum diem cibo, à vino autem per triduum abstinebant, teste Alexandro ab Alex. lib. 6, c. 2. Ampharatus summus vates jussit sacerdotes, qui responsa clara accipere et sincerè reddere vellent, into-

grum diem à cibo, triduum à vino abstinere, inquit Volater. lib. 13, c. 4. Qui volebant sacris Isis diis immolari, illis jejuniis 40 dierum indicabatur, teste Apuleio lib. 11. Quin et laici christiani olim ante et post sumptionem S. Eucharistiae jejuniis et abstinentiis se se exercebant, teste S. Chrys. in cap. 11, 4 ad Cor. Ludovici Pii imp. ægrotantis cibus per quadraginta dies non erat alius quam Dominicum corpus : testis est Aimoia. lib. 5, cap. 29. Zeno imp. in electione episc. Constantinopolitani toti populo jejuniis quadraginta dierum indicat, teste Niceph. lib. 16, 48.

Porrò de vino extat Alciati emblema 24 :

*Prudentes vino abstinent :*

*Quid me vexatis, rami? sum Palladis arbor,*

*Auferite hinc botros, virgo fugat Bromium*

Et Homer. 1 Epigram.

*Vinum et Balnea et circa venerem amor,*

*Per velociorem viam mittit in infernum.*

Et Horat. 1 Epist. 5 :

*Quid non ebrietas designat? aperta recludit,*

*Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem.*

Putat S. August. q. 51, Aaronem, et quemlibet pontificem ei succedentem, nunquam potuisse bibere vinum et siceram, eò quòd pontifex, inquit, singulis diebus debebat intrare tabernaculum, ut adoleret incensum. Sed nifitir falso fundamento : putavit enim S. Augustin. altare thymiamatis fuisse in Sancto sanctorum, in quod solus pontifex ingredi poterat, ac consequenter putat ipse solum pontificem potuisse adolere thymiam. Verùm Exodi ult. demonstratv altare thymiamatis non fuisse in Sancto sanctorum, sed in Sancto, ac consequenter quemlibet sacerdotem potuisse in eo offerre thymiamata, uti expressè dicitur 1 Paral. 6, 49; et 2 Paral. 26, 18. Ita Radulph.

VERS. 11. — PER MANUM MOYSI, per Mozen.

VERS. 12. — TOLLITE SACRIFICIUM, factum. Hebr. enim est *mincha*, quod Aquila, teste Isychio, vertit *domum de frumento*; vide dicta c. 6, v. 16 et 17.

VERS. 13. — QUOD DATUM EST TIBI ET FILIIS TUIS DE OBATIONIBUS. Hebr. *de igitonibus*, id est, de victimis ignitis, vel igne crematis Domino.

VERS. 14. — EBETIS IN LOCO MUNDISSIMO. Hebr. *mundo*, id est, *santo*, ut vertunt Septuag. et sacrificiis dicto; videlicet in atrio tabernaculi juxta altare holocaustorio.

TIBI ENIM AC LIBERIS TUIS REPOSITA SUNT (hebraicè *data sunt*, scilicet à Deo, qui ita sanxit) DE NOTUIS SALUTARIBUS, id est, de hostiis pacificis, quæ pro pace, id est, salute et prosperitate, offeruntur.

VERS. 15. — EÒ QUÒD ARMUM ET PECTUS, ET ADIPES QUI CREMANTUR IN ALTARI ELEVAVERUNT CORAM DOMINO, q. d. : Quia ex hostiis pacificæ sacerdotibus speciali cæremonia elevarentur mihi armum et pectus cum adipibus (Hebr. *cum igitonibus*, id est, cum oblationibus adipum, qui igne Deo cremandi sunt), ita ut hæc tria mea sint, cum relique carnes hostiæ cedant ipsis laicis offerentibus; hæc de causâ volo, ut propter hæc elevationem, et ministerium sacerdotum, hæc

tria nobis utrisque cedant; sed ita ut adipes mihi adoleantur, armus verò et pectus cedant sacerdotibus in cibum.

VERS. 16. — INTER HÆC IRESCUM QUÒ OBLATIS FUERAT PRO PECCATO (populi, c. 9, 15) CUM QUÆRERET MOYSES, EXISTEM REPERIT, eò quòd Aaron et filii ejus, recenti sorsum clade percussis et mortis, hinc pro peccato comedere non possent, uti debebant juxta legem latam c. 6, 26, ideòque consecrari hircum comburendum esse, uti et carnes aïas Deo oblatas ipsis residuas Deus comburi jussisset c. 7, 17.

IRATUSQUE CONTRA ELEAZAR ET ITHAMAR. Aaron parentem omisit, quia irasus eum quàm fratres tangebatur mors filiorum, videbatque eum incore absorptum.

VERS. 17. — CUR NON COMEDISTIS BOSTIAM PRO PECCATO IN LOCO SANCTO, QUÆ SANCTA SANCTORUM (valde sancta) EST, ET DATA VOBIS UT PORTETIS INQUIETATEM MULTITUDINIS? Ut scilicet cum hostiis populi pro peccato simul etiam populi peccata in vos quasi recipiat, ut illa expietis, et pro eorum veniâ Deum deprecemini.

VERS. 18. — PRESENTIM CUM DE SANGUINE ILLIUS NON SIT ILLATUM INTRA SANCTA. Vox *presentim*, hic non est exceptiva, sed expositiva et rationalis. Patet ex Hebr., Chald., Sept., q. d. : Omnino oportuit vos, o sacerdotes, comedere hircum pro peccato oblatum : nam de sanguine illius non est illatum intra sanctuarium, nec aspersum altare thymiamatis. Talis enim hostia comedi debet à sacerdotibus; illa verò cuius sanguis inferebatur intra Sanctum, non comedebatur, sed toto comburebatur extra castra, ut dictum est c. 6, 30.

VERS. 19. — QUOMODO POTUI COMEDERE EAM? Hebr. *Si comedissem hodiè sacrificium pro peccato, an bonum fuisset?* id est, an placuisset in oculis Domini? q. d. : Minime placuisset, si hoc tempore hæc cæremoniæ comestioni servassem : nam in tantâ meorum strage et irâ Dei, potius tempus est, moreris et jejuniis quàm lætitiæ et epuli, vel convivi; quàm excusationem et satisfactionem ut justam probavit et acceptavit Moses. Rectè enim Agesilas, cum subito nocte movens castra cogereur amicum agrum à tergo relinquere, dixit : Tali casu difficile est simul misereri et sapere.

Moraliter, discamus hic à Mose in irâ et injuriâ facile excusationem admittere, misereri, animumque lenire, et ad indulgentiam componere. Est enim hæc ira victoria, mansuetudo et clementia animi principis et regii. Ita Seneca lib. 2 de irâ c. 30, hortatur, ut si quid ab aliquo patimur, excusemus. Puer, inquit, est? *atque donetur : nescit in peccat. Pater est? aut tantum profuit, ut illius jam injuria jus sit; aut fortassis ipsum hoc meritum ejus est, quò offenditur. Mulier est? errat. Jussus est? necessitati quis nisi insipienti succedet? Læsus est? non est injuria pati quod prius feceris. Judeus est? plus illius credas sententiam, quàm tuæ. Rex est? si nocentem punit, cede justitiæ: si innocentem, cede fortunæ. Mutum animal est, aut simile mutò? imitari illud, si irasceris.*

VERS. 19. — QUOMODO POTUI COMEDERE EAM? Hebr. *Si comedissem hodiè sacrificium pro peccato, an bonum fuisset?* id est, an placuisset in oculis Domini? q. d. : Minime placuisset, si hoc tempore hæc cæremoniæ comestioni servassem : nam in tantâ meorum strage et irâ Dei, potius tempus est, moreris et jejuniis quàm lætitiæ et epuli, vel convivi; quàm excusationem et satisfactionem ut justam probavit et acceptavit Moses. Rectè enim Agesilas, cum subito nocte movens castra cogereur amicum agrum à tergo relinquere, dixit : Tali casu difficile est simul misereri et sapere.

Moraliter, discamus hic à Mose in irâ et injuriâ facile excusationem admittere, misereri, animumque lenire, et ad indulgentiam componere. Est enim hæc ira victoria, mansuetudo et clementia animi principis et regii. Ita Seneca lib. 2 de irâ c. 30, hortatur, ut si quid ab aliquo patimur, excusemus. Puer, inquit, est? *atque donetur : nescit in peccat. Pater est? aut tantum profuit, ut illius jam injuria jus sit; aut fortassis ipsum hoc meritum ejus est, quò offenditur. Mulier est? errat. Jussus est? necessitati quis nisi insipienti succedet? Læsus est? non est injuria pati quod prius feceris. Judeus est? plus illius credas sententiam, quàm tuæ. Rex est? si nocentem punit, cede justitiæ: si innocentem, cede fortunæ. Mutum animal est, aut simile mutò? imitari illud, si irasceris.*

mentem. Deus est? tam perdis operam si irasceris, quàm cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui injuriam fecit? Noli credere : malus? noli mirari.

Symbol. S. Ambros. ad Simplicianum, explicans hoc Aaronis dictum, docet errari excusationem esse pronam, penitentiam verò difficilem. Nihil, inquit, peccare, solus Dei est : penitentiam gerere peccati, sapientis est. Id tamen difficile est; repugnat enim natura, repugnat verecundia. Et mox : Præponderant enim fu-

turis presentia, et violenta moderatis, et plura paucioribus, et jucunda seriis, et asperis mollia; et tristibus læta, et illecebrosa rigidioribus, et præpropria tardioribus. Velox enim est iniquus, quia opere cogitationem anteverit. Lenta autem virtus, et diuturna cunctatua, quia adorienda inspicit, et prius examinat quod decorum et honestum. Pigra igitur et verecunda est penitentia; solis enim intendit futuris, quorum spes sera, tardior fructus.

## CAPUT XI.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Dicite filiis Israel : Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de canetis animantibus terre.

3. Omne quod habet divisa ungulam, et ruminat in pecoribus, comedetis.

4. Quidquid autem ruminat quidem, et habet ungulam sed non dividit eam, sicut camelus et cætera, non comedetis illud, et inter immunda reputabitis.

5. Chærogryllus qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus est.

6. Lepus quoque; nam et ipse ruminat, sed ungulam non dividit.

7. Et sus, qui cum ungulam dividat, non ruminat.

8. Horum carnibus non vescemini, nec cadavera contingetis, quia immunda sunt vobis.

9. Hæc sus quoque gignuntur in aquis, et vesci licitum est : Omne quod habet pinnulas et squamas, tam in mari, quàm in fluminibus et stagnis, comedetis.

10. Quidquid autem pinnulas et squamas non habet, eorum quæ in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis,

11. Execrandumque erit : carnes eorum non comedetis, et morticina vitabitis.

12. Cuncta quæ non habent pinnulas et squamas in aquis, polluta erunt.

13. Hæc sunt quæ de avibus comedere non debetis, et vitanda sunt vobis : Aquilam, et gryphem, et halicæctum.

14. Et milvum, ac vulturem juxta genus suum;

15. Et omne corvini generis in similitudinem suam;

16. Struthionem, et noctuam, et harum, et accipitrem juxta genus suum;

17. Bubonem, et mergulum, et ibin,

18. Et cygnum, et onocrotalum, et porphyriionem,

19. Herodionem et charadriionem juxta genus suum; upapum quoque, et vespertilionem.

20. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram,

22. Comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, et attachus acque ophiomachus, ac locusta, singula juxta genus suum.

23. Quidquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis.

## CHAPITRE XI.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Déclarez ceci aux enfans d'Israël : Entre tous les animaux de la terre, voici quels sont ceux dont vous mangerez.

3. De toutes les bêtes à quatre pieds, vous pourrez manger celles dont la corne du pied est fendue, et qui ruminent.

4. Quant à celles qui ruminent, mais dont la corne du pied n'est point fendue, comme le chameau et les autres, vous n'en mangerez point, et vous les considérerez comme impures.

5. Le lapin qui rumine, mais qui n'a point la corne fendue, est impur.

6. Le lièvre aussi est impur, parce que, quoiqu'il rumine, il n'a point la corne fendue.

7. Le porc aussi est impur, parce que, quoiqu'il ait la corne fendue, il ne rumine point.

8. Vous ne mangerez point de la chair de ces bêtes, et vous ne toucherez point à leurs corps morts parce que vous les tiendrez comme impurs.

9. Voici celles des bêtes qui naissent dans les eaux, dont il vous est permis de manger : Vous mangerez de tout ce qui a des nageoires et des écailles, tant dans la mer, que dans les rivières et dans les étangs.

10. Mais tout ce qui se remue et qui vit dans les eaux, sans avoir des nageoires ni d'écailles, vous sera en abomination et en exécution.

11. Vous ne mangerez point de la chair de ces animaux, et vous n'y toucherez point, lorsqu'ils seront morts.

12. Tous ceux qui n'ont point de nageoires ni d'écailles dans les eaux, vous seront comme impurs.

13. Entre les oiseaux, voici quels sont ceux dont vous ne mangerez point, et que vous aurez soin d'éviter : L'aigle, le grifon, le faucon,

14. Le milan, le vautour, et tous ceux de son espèce;

15. Le corbeau, et tout ce qui est de la même espèce;

16. L'antruche, le hibou, le larus, l'épervier, et toute son espèce;

17. Le chat-huant, le cormoran, l'ibis,

18. Le cygne, le butor, le porphyron,

19. Le héron, la cigogne, et tout ce qui est de la même espèce, la hupe et la chauve-souris.

20. Tout ce qui vole et qui marche en même temps sur quatre pieds, vous sera en abomination.

21. Mais pour tout ce qui marche sur quatre pieds, et qui ayant les pieds de derrière plus longs, saute sur la terre,

22. Vous pouvez en manger, comme le bruchus, selon son espèce, l'attachus, l'ophiomachus et la sauterelle, chacun selon son espèce.

23. Tous les animaux qui volent et qui n'ont que quatre pieds, vous seront en exécution.